



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

70. An qui ex privilegio, vel licentia Medici potest in diebus ieuniorum comdere ova, & lacticinia, possit comedere sanguinem, & quod vulgo dicitur, Sanguinazzi, seu Vitoldo, Hispanè Mondongo? Et an ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

## Tractatus Sextus

238

*pensare etiam valide, non autem licite, quanvis id faciat sine causa?* Ex p. 10. tract. 14. & M. sc. 4. Ref. 3. alias 3.

**S. I.** *A*firmatiue respondet Venetus in Exam. Episcoporum, lib. 4. cap. 46. n. 53. & Flomobonus de bonis in Consult. select. Casum Conscientie, vol. 1. part. 1. Ref. 57. vbi firmat Episcopum cum confilio sui Capituli, & aliquorum Theologorum, Canonistarum, & Medicorum, posse dispensare, vt homines tempore pestis, carnes comedere possint ad præseruationem tanti morbi, quia omnia, quæ licita sunt ad sanandam pestem, magis licita sunt ad præseruandum ab ea, maximè quod cibi quadragesimales tunc temporis hominibus noxijs esse possunt, & è contra carnes magis sunt utiles, vt humores facile ad recipiendum morbum non disponantur. Quod sane fecisse Archiepiscopum Panormitanum, grafsante in ea vrbe terima pestis lue, testatur Acta Panormitana. Ita ille.

**S. II.** Sed ego magis adhæro negatiue sententiae, quam tuctur Marchinus de Bello diuino, seu de Pestilenzia, part. 6. cap. 2. m.m., & omnino videndus Magister Ioannes Paulus Nazarius Dominicanus, tom. 8. opusc. 3. casu fol. 19. qui a fundamencis, & Theologice hanc questionem pertractat; & responderet ad argumenta in contr. x. um adducta ab Episcopo Veneto ibi supra, qui sic arguentabantur. Omnia quæ licita sunt ad sanandam pestem, magis licita sunt ad præparationem, seu præseruationem à peste: ergo. Respondeo antecedens verum esse, quando causa dispensationis est circa, aut casus est repentinus, nec patitur moram, vt non appareat, an si Superior præfens est, dispensationem concederet toti Ciuitati, vt est in casu nostro, qui etiam patitur moram. Secundo arguit: quia cibi quadragesimales sunt nocui hominibus, & carnes sunt magis utiles, vt humores de facilis non disponantur ad recipiendum morbum: Ergo Respondeo, nullam esse consequiam: quia sola illa cause quæ ponuntur in antecedente, non sufficiunt ad iustum, & legitimam dispensationem, sed requiri non etiam conditione, explicata. Tertiò arguit, quia licite potest Episcopus dispensare in præcepto audiendi Missam in his qua trahinta diebus, in quibus homines in suis domibus sunt reclusi propter suspicionem pestis, vt post omnino extinguitur: ergo multo magis poterit in carnibus dispensare, cùm sit medium necessarium ad conservandam sanitatem. Respondeo primò, Episcopum non posse licite cum omnibus reclusis dispensare à præcepto audiendi Missam, sed debet prouidere, vt in via, seu platea republica, ad quam respiicunt fenestra, & offia domorum, erigantur Altae, in quibus Missæ celebrantur, & audiatur reclusis, vt pie ac sancte f. Etum est in Bononiensi Ciuitate, Florentia, & alibi. Quarò arguit quoniam illustrissimus Archiepiscopus Pancermianus grafsante peste in Ciuitate Pancermi, per Edictum publicum dispensauit, vt omnes in quadragesima illius anni concederent carnes, & plurimum profuit; & hoc docet Nauarrus in consilio, de obseruatione ieunij, posse fieri non solum tempore pestis, sed etiam in tempore ex: max nec sitatis ciborum, & in aliis occurrentiis, & occasionibus, vt f. bris curetur, aut impediatur. Respondeo & dico, fortasse id factum fuisse consulto summo Pontifice. Deinde dico Sicutos habere privilegium Bulla Crucifera, & ideò cum minori admiratio ne, & sine tanto scandalo potuit illis ea dispensatio concedi cum præsertim tribus annis lues in ea Ciuitate durauerit. Postremum dico Nauarrum, nec in finali consilio de obseruatione ieunij, nec in aliis præcedentibus sub eo titulo dictam opinionem significare. Et hæc omnia doceat Nazarius loco citato, qui

Sup. hoc  
malius ma-  
gis latè, &  
clarè sup. in  
tr. 2. Ref. 22.  
§. I.

alias rationes pro hac firmando sententia adducit. Nec etiam deserat recognoscere Marchinum loco citato, qui tamen, num. 6. concedit quod in locis ab urbe valde remotis, vel vbi periculum sit in mora, vel ex generali consuetudine, licet Episcopo vniuersos ciues ab abstinentia quadragesimale ex causa petit solvere.

**S. III.** Nota etiam hic obiter, quod dispensatio in iejunio facta ab Episcopo sine iusta causa, non solum est illicita, sed iniuriosa: vnde si Episcopus, vel alius Praelatus inferior Papa, aliquem à lege iejunij eximere sine causa, non solum peccet mortaliter, sed etiam ipsa exemptio, aut dispensatio si irrita, & iniuriosa ex defectu potestatis. Quia ea, quæ sunt iuri communis non possunt Episcopi dispensari sine iusta causa; quia excedenter facultatem sibi commisram. Non enim data est illis à Papa, nisi sub conditione causa iusta, & sufficiente.

**S. IV.** Quaro etiam hic obiter primò, an Episcopus possit abrogare legem localem iejunij, latam à Concilio Prouinciali: Respondeo, non posse illam derogare, licet possit in ea dispnsare, sicut potest in legem iejunij lata à iure communis. Ratio est, quia inferior non potest abrogare legem superioris: sed sic est, quod Concilium Prouinciale, est super Episcopum, cum illius iurisdictione extendatur per totam Prouinciam, & etiam super quilibet seorsim ex illius Episcopis ergo.

**S. V.** Quaro secundò, an saltem possit Episcopus abrogare legem iejunij, latam à Synodo Diccelana: Respondeo posse, quia lex Diccelana Synodi solum habet vim & vigorum ab Episcopo: ergo ab ipsorum potest abrogari. Et à fortiori, in ea cum aliquibus dispensare etiam validè (non autem licite) quanvis id faciat sine causa; vt ex supra habitis consit. Ita Doctor, quos citat, & sequitur Leandrus de Praep. Ecclesiæ, tract. 5. disp. 10. qu. si. 7. 8. & 9.

### R E S O L . LXXX.

*An qui cum privilegio, vel licentia Medici potest diebus ieuniorum comedere ova, & laticina, post comedere sanguinem, & quod vulgo dicitur sanguazzii; seu Vitoldo, Hispano mondongi?*  
*Et an qui habet privilegium comedendi ova, & laticina in Quadragesima, possit comedere sagimen?*  
*Et an qui vult pro qualibet die non comedere carnes, pro ova, toriles, peccet, quories comedit?*  
*Et an excusentur à ieunio rexores vitæ serice, & formæ etiam confitentes calceos ex materia molli?*  
*Et an defecua vini nullo modo excusat à ieunio, sentibus causam sufficientem faciendo plures contentionis?*  
*Idem est de cerevisia, aut aliqua alia potionem communis loco vini.*  
*Et an quando Regula Religionis præcipit aliquod ieunium, iuuenes Religiosi ante asatum 21. anni completi sint adstricti, & obligari ieunare?*  
*Et tandem docetur Pontificem dispensando cum aliqua in ieunio absque causa non peccare, neque venialiter. Ex p. 10. tr. 16. & Msc. 6. Ref. 77.*

**S. VI.** Ex Doctoribus neotericis inuenio affirmatio-  
nem sententiam docere ex Religione S. Fran-  
cisci de Paula Stephanum Isardum Galum in consilio  
impressum post suum Codicem Minimam, cons. 10. fd. 71.  
vbi sic ait: Tertio dico, illum qui potest de consilio  
Medici oua manducare, vesti posse calce, lacte, bur-  
go, & sanguine, non autem carne. Ita ille. Et hanc  
sententiam ex veteribus clarè tenet Holtiensis in sum-  
ma Obseruat. ieuniorum, §. quando, num. 8. per hac re-  
bus: Hoç etiam scias, quod cuicunque conceudit vnu-  
erorum,

ueroru, & casei intelligitur concessus, quod etiam sanguine non sagamine, ut male transcriptit Azorius lib.7.cap.18.quest.8. ytri posse, argum.82. dif. Presbyter, & sic viciunt Cluniacenses. Sed Cistercienses, & quidam alii Religiosi, contrarium seruant. Sic ille, Probari potest haec opinio; nam aliqui assertunt, supponita licentia, aut priuilegio edendi lactescinaria, sagimen in talibus diebus potest concedi; ergo & sanguis ex partite, quae reperitur inter sagimen, & sanguinem, ex eo quod utrumque trahit originem carnis, & neutrum est caro; ergo videtur esse per utriusque ratio, & veraque eius esse ficitus.

1. Verum, his non obstantibus, puto in tali casu, nullo pacto sanguinem posse comedere, & ita firmiter probat doctissimus & amicissimus P. Bardi in Bull. Cruciati p.1. tract.1. cap.3. sect.3. numero 31. Pasqualigus in praxi de ieiun. decr.170. & Leandrus de precept. Eccles. tract.1. disput.2. q.34. nam licet nullus locus in sacris Canobibus assignari poterit, in quo sanguis prohibeatur; ergo in iure non habetur lex, quae prohibeat sanguinem, attamen inspicio vniuersalem consuetudinem conseruare sanguinis, etiam in diebus, in quibus possimus vesci laeticiniis, non est licita. Ita etiam Ludouicus à Cruce in Bull. Cruci. cap.5. dub.16. n.4, qui male confundit sanguinem cum lardo, & sagamine, ex quo sequuntur eius falsæ citationes; nam loquens de his tribus, ac si eadem essent, refutat plures pro sua conclusione, qui tamē, ut diximus non de sanguine, sed de sagamine sermonem habent: Stante igitur tali consuetudine, quamvis sanguis non sit caro, sed proximum alimentum carnis, nullo pacto est licet vesci sanguine feria sexta: aut sabbathio, & multo minus in diebus ieiuniorum, etiam cum Bulla, Leandrus tamē vbi supr. putat, etiam de iure prohibitius esse eum sanguinis, quia, ait ipse, certum est, quod sanguis censetur esse in codem genere cum carne: at hec quod illi, cui concessum est comedere oua, aut laeticinia, non idem est concessum comedere carnes, ut omnes concedunt, & praxis probat: ergo, cui concessum est comedere oua, aut laeticinia, non propterea concessum est comedere sanguinem animalium. Maior, in qua est difficultas, probatur; tum quia sanguis est præcipue pars constitutiva animalis; sed quando prohibetur caro, censetur prohiberi omnes partes constitutiva animalis, alias dicendum est, quod prohibita carne, non prohiberentur nerui, membra &c. quia haec non sunt propria caro. Tum etiam, quia sanguis est in proximo statu, ut convertatur in carnem: ergo est proximè caro, & sic caro in praxi censetur. Ex quibus patet responsio ad argumentum superioris adiunctione de paritate sanguinis cum sagamine: respondet enim cum Bardi negando paritatem primo, quia maior connexio est inter carnem, & sanguinem, quam sit inter pinguedinem, seu sagimen, & carnem; nam sanguis est in proxima dispositione ad doctrinam carnem convertatur, & aliquo modo est pars animalis viuentis, quatenus sine sanguine vita, consistere nequit, cum sit eius alimentum; at pinguedo est merum excrementum, & non necessaria ad vitam sufficiendam, proinde magis videtur accedere ad carnem sanguis, quam adeps, seu pinguedo. Secundò, etiam demus esse eandem utriusque rationem physice loquendo, nihilominus moraliter non ita, quia consuetudo vescendi sagamine in multis locis est legitime prescripta, non autem inuenitur talis consuetudo circa eum sanguinis, & si in aliqua regione introducta sit similis consuetudo, quae non constat, ibi esset permittenda eius sanguinis, diebus, quibus laeticiniis vescimur. Nota tamen, quod non obstante discrepantia inter sagimen, & sanguinem; unde ego olim docui cum multis Doctribus quod, qui habent priuilegium comedendi oua & laeticinia, pos-

sunt comedere sagimen, tamen, re melius considerata, existimo, hanc sententiam non esse in praxi redicendam, & ideo nunc sententiae contrarie adhærebo, quam tunc Leandrus vbi supra quaf.5. & alii.

3. Observandum est hic obiter primò, quod qui volunt pro qualibet die non comedere carnes, aut oua, roties peccat, quoties comedit. Ita, ut alibi adnotauit, remedium est contra amicissimum & doctum Pasqualigum decr.66. qui male citat me pro sua sententia. Vnde præter Leandrum, alibi à me adductum, tenet hanc sententiam nouissime nominatam contra Pasqualigum Angelus Bossius in Moral. tom.3. tit.21. q.24. num.357. & signat. Votum enim abstinenti in aliquo die a carnis, vel à laeti- nis, & suis secundum omnes obligat ad instar versi. Accipi præcepti Ecclesiastici de abstinentia in die ieiuniū, & men- Venacis, ac Sabbathi a carnis, & de abstinentia in Quadragefina ab ouis, & laeticiniis; & ita vicens ea die peccaret, quoties carnes, aut oua comedet; obli- gatio enim præcepti Ecclesiastici abstinenti ab illis ci- bis obligat semper, & pro tempore. Ergo.

4. Nota etiam, me alibi docuisse contra Pasquali- gum decr.199. & decr.276. excusari à ieiunio textores vittæ sericae, & sartores, etiam conscientes calceos ex materia molli; & in nostram sententiam nominatam contra Pasqualigum tenet etiam nouissime P. Bossius in Moral. tom.3. tit.21. q.2. num.63. in princip. & in fine.

5. Item ego alibi docui contra Pasqualig. decr.275. Alibi inf. in quod defectus vini nullo modo mihi videtur excusare à ieiunio, seu tribuere caulam sufficientem faciendi plures comediones; quia licet deficiat vinum, aut cerevisia, aliave portio, quæ loco vini adhibetur, pos- sunt est cibi, & tales, qui abunde sufficiant ad vni- cam sufficientem comeditionem, seu refectionem. Et ita nominatum contra Pasqualigum docet etiam Bos- sius vbi supra, num.56. Et tandem quidquid contra in- aliter. Pasqualig. decr.54. idem Bossius num.30. aduersus illum firmat, iuvenes ante etatrem anni completi esse obligatos ieiunare, quando regula Religionis præcipit aliquod ieiunium. Et hanc opinionem tenet nouissime Martinus de San Joseph in Manual. Confess. tom.1. lib.2. tract.8. num.4. Et nominatum contra Pas- qualigum, me citato Leandrus de precept. Eccles. tract.5. disputat.6. quest.9. Idem etiam docet Azorius tom.1. lib.7. cap.17. quest.3. & Alterius in Cancro confit. lib.7. ver. ieiunium. num.17. asserentes esse fulfillam contraria sententiam, sed ego libenter abstineo à censuris opinionum.

6. Et tandem nota, dictum Patrem Pasqualigum decr.382. nominatum contra me docere. Pontificem dispensando cum aliquo in ieiunio absque causa non peccare, neque venialiter. Sed nostram sententiam no- minatam contra ipsum tenet, me citato Angelus in tr.1. Res. Bossius vbi supra, num.108. & etiam nominatum con- tra ipsum me citato Leandrus de precept. Eccles. tract.5. disputat.10. quest.4. qui responderet ad omnia argumenta. 27. à lin.2. & hic inf. tr. 7. Res.27. q.9. 2. à lin.3. & cta Pasqualig. Dicendum est itaque Pontificem di- versi. Imo. spensando sine causa in ieiunio, peccare saltem ve- nialiter.

## RESOL. LXXI.

An qui ex licentia comedere carnes in die ieiunij possit & com- medere laridum, aut alias carnes nocivias? Et quid si tota refellio ex illo carnis genere fiat? Ex p.1. tr.9. Ref.47.

§.1. Ioan. de la Cruz Vit. doctissimus ex Dominicae Innotum Familia, in suo director. cons. part. pra- cept.4. art.8. lib.8. concl.3. negatiam sententiam do- cet, vbi sic assertit: [Nota non licere dispensato ob iii. firmitatem